



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118634**

§. 24. Poloniæ Regis decretum contra Antitrinitarios.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](#)

S. XXIV.

Sæcul. XVI.

A.C. 1566.

*Poloniæ Regis decretum contra An-*  
*titrinitarios.*

Cum interea Calvinistæ suos errores *Hist. Re-*  
*hisce artibus stabilire niterentur, form. Eccel.*  
 Reformatæ Ecclesiæ in Polonia ipsam *Polon.*  
 etiam Christi Domini Divinitatem, ejus-  
 que consubstantialitatem majori adhuc  
 cum pertinacia inficiari pergebant. Ut  
 vero hisce impietatibus tandem finis  
 imponeretur, Proceres Catholici, ac  
 quidam ementitæ reformationis Ministri  
 in Lublinensibus comitiis Anno Domini  
 millesimo quingentelimo sexagesimo  
 sexto celebratis hac in re jesus dici pottu-  
 labant: ergo Sigismundus Poloniæ Rex,  
 qui hunc conventum cogebat, decre-  
 tum promulgat contra illos, qui Baptis-  
 mum iterabant, ac Sanctissimæ Tri-  
 dis mysterium aggrediebantur: insu-  
 per illos, ut intra unius Mensis spatum  
 regno excederent, compellit: igitur  
 promulgato hoc edicto quidam nomine  
 Philoppovius comprehenditur, coram  
 Rege accusatus, quod nonnullos adul-  
 tores iterum salutari aqua expiasset, at-  
 que impias doctrinas contra Sanctissi-  
 mæ Trinitatis mysterium sparsisset: hoc  
 igitur accusationis capite satis compro-  
 bato capite plecti jubebatur, quin ul-  
 lus pro eo deprecari auderet, eoquod  
 ejus

**Sæcul. XVI** ejus adversarii in Aula, ac comitiis potentiis valerent: proin a cunctis suis amicis præter Prilegium derelictus coram Regis stans exclamabat: *Veniet tempus, in quo alius Rex judicabit, ubi accusatus triumphabit, atque hic idem Rex suos conservabit:* cum autem Zamosiskius eum talia proferentem audiret, Catholicæ fideli Zelo accensus illum accusabat, quod novi Regis, qui hunc reum vindicaturus esset, adventum minitari audebat, ac proin se Regis, Regnique hostem declararet: quinimo ipsemet hujus haeretici præfigio commotus, hunc hominem fors novum Prophetam, aut quemdam Astrologum, qui quamdam Regni mutationem prævidisset, fore existimabat:

### §. XXV.

*Philoppovius morti adjudicatus, & postea vitæ veniam impetrans.*

Cum sceleratus hic homo accusacionem istam iniquo animo ferret, justitiam sibi fieri a congregatis Proceribus sive vitam suam prolongandi studio, sive suumerga Principem affectum ostendendi Zelo animatus postulare audebat: verum nonnulli eidem Authores extiterant, ut Zamosiskii Patrem adiret, atque ab eodemmet contra ipsius Filium sibi satisfieri peteret: cum ergo hic